Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

effecti · Iam ⁊ uinctis compassi estis ·
& rapinam bonorum uestrorum cum gaudio suscepistis cognoscentes uos habere meliorem ⁊ manentem substantiam · Nolite ergo amittere confidentiam uestram · que magnam habet remunerationem · Patientia enim uobis necessaria est · ut uoluntatem dei facientes reportetis promissionem · Adhuc enim modicum aliquantulum · qui uenturus est ueniet ⁊ non tardabit · Iustus autem meus ex fide uiuit · hebreos ·

Fratres · Si per fidem uicerunt regna · operati sunt iusticiam adepti sunt promissiones · Obturauerunt ora leonum · extinxerunt impetum ignis · effugerunt aciem gladii · conualuerunt de infirmitate fortes facti sunt in bello · Castra uerterunt exercituum · acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos · Alii distenti sunt non suscipientes redemptionem · ut meliorem inuenirent resurrectionem · Alii uero ludibria ⁊ uerbera expertii insuper & uinculorum carceris · lapidati sunt secti sunt temptati sunt in occisione gladii mortui sunt · Circuierunt in melotis in pellibus caprinis · egentes angustiati afflicti quibus dignus non erat mundus · In solitudinibus errantes · ⁊ montibus ⁊ speluncis · ⁊ in cauernis terre · Et hii omnes testimonio fidei probati in uenti sunt · in xpo ihu dno nro · Libri apocalipsis

Et dicebat illis · Respondit unus de seniorib · dicens michi · iohis

Hi qui amicti sunt stolis albis qui sunt ⁊ unde uenerunt · Et dixi illi · Domine mi tu scis · Et dixit mihi · Hi sunt qui uenerunt de tribulatione magna · ⁊ lauerunt stolas suas ⁊ dealbauerunt eas in sanguine agni · Ideo sunt ante tronum dei · & seruiunt ei die ac nocte in templo eius · Et qui sedet in trono · hic habitat sup illos · Non e[illegible] [illegible]urient neq; sitient am[illegible] pluus neq; cadet sup illos [illegible] sol · neq; ullus estus · quo agnus dei qui in medio troni est reget illos ⁊ deducet eos ad uiuentes fontes aquarum · Et absterget ds omnem lacrimam a oculis eorum

Fratres · Gratias ad thesalonicenses agere debemus do semper pro uobis fratres · dignum est · quo[illegible] [illegible]cescit fides uestra & habundat caritas unicuiusque omnium uestrum in inuicem · ita ut ⁊ nos ipsi in uobis gloriemur in ecclesiis dei · p patientia uestra ⁊ fide in omnibus persecutionibus uestris ⁊ tribulationibus quas sustinetis in exemplum iusti iudicii dei · ut digni habeamini in regno dei · p quo ⁊ patimini · Si ta